

Coriandri præparati, Cumini ana ʒ ʒ.
Coquantur secundum artem. Nostris nõ est usui.
* Urinam tamen impeditam, & calculos renum
promovet. *Ambrosius Jung, senior.*

Syrupus diureticus.

℞. Apii, Petroselinii, Fœniculi,
Anisi, Ameos, Dauci, Bauciz,
Pentaphylli Alexandrini ana ʒ iij.
Asparagi, Brusci,
Peucedani, Meui,
Scolopendriæ,
Capill. Ven. Adianthi,
Polytrichi, Splendilidon,
Capparis,
Tamarici,
Seseleos, Fumerinæ,
Grana Solis,
Sem. Melonis,
Sem. Citrullorum,
Sem. Cucumeris,
Sem. Cucurbitæ,
Cretami, Saxifragiæ,
Sem. Citri,
Lapidis spongiæ,
Pul. Cicadarum,
Amomi, Thymi,
Chamæpityos,
Ossium Cerasorum, Pomorum,
Ossium Persicorum,
Cardamomi, Ireos,
Spicæ Nardi,
Caryophyllorum, Costi,
Nucis moschatae ana ʒ iij.

A Galangæ, Thymi,
Epithymi, Filipendulæ,
Pimpinellæ,
Ciceris nigri ana ʒ j ʒ.
Aque sacchari q. l.
Fiat tyropus s. artem.

Syrupus compositus aquas ducens.

℞. Radicum Valerianæ,
Quinq; radicum aperitivarum ana ʒ ij.
Endiviæ, Cichorii, Adianthi,
B Eupatorii ana M. j.
Seminis Hederae ʒ j.
Brassicæ marinæ M. j.
Foliorum daphnoideis rectè preparatorum ʒ j ʒ.
Pallularum mundatarum ʒ ij.
Anisi ʒ ʒ.

Fiat decoctio ad Tʒ j ʒ. asperge sacchari quan-
tum opus erit ut fiat syrupus: aromatizetur Spi-
cæ Celnicæ ʒ iij. vel Cinnamomi ʒ ʒ. Propinan-
tur ʒ iij. hujus syrupi. Pauperes coquant succum
C Caccarum nigrarum sambuci cum saccharo, ut fiat
syrupus: & in fine coctionis adiciant aliquid
Cinnamomi, Zingiberis, vel nucis myristicæ: su-
mant duo vel tria co. hlearia ex decocto gratio-
læ, anisi & caryophyllorum. *Heurnius.*

Syrupus ad calculum.

℞. Succo fol. & flor. Anthemidis, Mellis colati
ana q. l.
Misce, & coquantur usque ad syrupi consisten-
D tiam. Dosis cochlearium unum, in introitu bal-
nei aquæ dulcis stomacho vacuo. *Regina Maria,
Caroli V. soror.*

DE JULAPIIS, Sectio III.

De Julapio rosaceo.

℞. Aquæ Rosarum Tʒ iv.
Sacchari clarificati Tʒ ij vel iv.
Fiat Julapium cum diligentia secundum artem.
* Febrium, thoracis, & ventriculi incendium, ca-
loremque flammeum extinguit, sitim inexple-
tam sedat.

Julapium violarum.

℞. Aquæ violarum Tʒ iv.
Sacchari clarificati Tʒ ij. vel iv.
Coque ad Julapii consistentiam. * Febres, phle-
gmonas, pleuritidem, asperitatem gutturis & tho-
racis, ac tussim mitigat.

Julapium oxalidis.

Julapium oxalidis fit ter coquendo herbam
acetosæ reiteratam seu renovatam ex aqua mo-
dica, quantum pro tegenda seu mergenda herba
sufficit: & postea decoque ad consistentiam, cum
æquali portione sacchari. Hoc album permanet,
& est jucundum & utile: siquidem sub astivis
fervoribus aqua vel simplici vel distillata pro
libitu diluitur, grateq; bibitur. *Colomienſis.*

*Julopus in calore flagrante Itali
usitatus.*

E ℞. Aquæ limpidissimæ,
Sacchari optimi ana.
Quæque libra Aquæ accipiat Albumen ovire-
centissimum, vehementerq; quantantur: hinc affun-
de saccharum: lentoq; igne coquantur, ut tota
spuma abiciatur. Deinde bis terve per filtrum
trajiciatur: hinc iterum coquantur dum cerevisiæ
Gedanæ crassitudinem referat. Aqua autem hæc
primò accipit vim Rosarum ex frequenti infu-
sione, vel quarumcunque herbarum vim bibit.
Ad ʒ ij. hujus Julepi, remiscet aquæ limpidissi-
mæ ʒ iv. poterit etiam ex aquis componi, ut
aquæ buglossi & sacchari libra, eoque dum spu-
mant & sandali lutei drachma imbuatur. *Heurn.*

Aliud.

℞. Aquæ rosarum Tʒ j ʒ.
Sacchari Tʒ j.
Ovi albo perpurgetur & ad formam Julepi co-
quatur. Accipe hujus ʒ j. Aquæ optimæ ʒ iv.
Misce: gratissimum in febribus, & sitim restin-
guit, quo Franciscus Rex Galliarum utebatur. *Idem.*
Aliud.

Aliud.

R. Aq. Cichorei, Endivie ana Tß ß.
Syrupi de acredine citrinorum ʒ iij.
& ut gravior fiat, adde Olei vitrioli guttulas aliquot: quidam aroma afflant cum ʒ ß. sandalorum. *Idem.*

Julapium ad sistendum sanguinem.

R. Aquæ pediculi ros.
Aquæ sanguinariæ, id est, centinodix,
Aquæ burse pastoris ana ʒ iv.
Sacchari albi Tß ß.

Fiat Julapium. *Rondeletius.*

Julapium ad hepatis refrigerationem.

R. Aquæ Cichorii, Lactucæ, Endivie, Solani ana ʒ iij.

Sacchari clarificati Tß ß. vel j.
Coque ad Julapii consistentiam. *Rondeletius.*

Julapium ad pectus.

R. Aquæ Violarum,
Buglossæ ana ʒ iij.

Sacchari albi Tß ß.

Fiat Julapium. *Rondeletius.*

Julapium ad phthisin.

R. Aquarum Petroselinæ, aquarum Helenii,
Aquarum Althææ rad. ana Tß j.

Sacchari q. s.
Fiat Julapium. Modus est, ut quolibet die, tribus ante cibum horis ʒ iv. dentur. Valentius reddunt, si antea in ipsis ebullierint gummi Arabici,

A Tragacanthæ ana ʒ iij. Amyli ʒ ß. Glycyrrhizæ ʒ j. deinde fiat Julapium. *Rubens.*

Julapium ad helicam febrem.

R. Glycyrrhizæ rasæ ʒ ß.
Quatuor sem. frigid. ana ʒ j.
Trium sandalorum ana ʒ j.
Sem. citoniorum,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ ana ʒ ij.
Coriandrorum ʒ ij.
Caryophyllorum,
Cinnamomi ana ʒ iv.
Caphuræ ʒ ß.
Pomorum dulcium q. s.

Accipe deinde carnem caponis, vel phasiani, vel perdici, vel testudinum nemoralium, q. s. est: eamque ubi viscera ex animali detracta fuerint, cum fructibus optime terito, mox pulveribus commixtus atque agitatus, destillet aqua, e qua conficiatur Julapium, ut lubet. *Rubius.*

C

Julapium Mercuriale.

R. Mense Maio, succi herbæ Mercurialis filtrati Tß j.

Zulapii simplicis ʒ iij.

Aquæ vitæ optimæ, circulatæ ʒ vj.

Olei vitrioli ʒ ij.

Moschi Orientalis ʒ ß.

Misce, & in vase vitreo, optime obrurato ponantur ad Solem, vel calore balnei circulentur: & erit factum. Dosis ʒ iv. manè quatuor horis ante pastum, stomacho jejuno, continuando per menses duos, curat paralyticos. *Fioravantus.*

D

*DE SUCCIS, seu ROB, Sectio IV.**Rob de Ribes simplex.*

R. Succu Ribes Tß ix.

Coquantur per se ad spissitudinem mellis.

Rob de Ribes compositum.

R. Succu Ribes Tß iv.

Sacchari optimi Tß ij.

Coquantur secundum artem. * Ventriculorum firmat, vomitum biliosum reprimit, sitim restinguit, aliasq; excretaiones biliosas sistit.

Rob de Berberis simplex.

R. Succu Berberis Tß ix.

Coquantur per se usq; ad mellis spissitudinem.

Rob de Berberis compositum.

R. Succu Berberis Tß iv.

Sacchari optimi Tß ij.

Coquantur secundum artem. * Rob ex oxycantha easdem quas præcedēs facultates obtinet.

Rob de cornis.

R. Succu pulpæ corchorum Tß j.

Sacchari Tß j.

Coquantur secundum artem. * Astringit: unde

influxionibus ventris, dysenteria, & colliaca confert. *Augustani.*

E

Rob de agrestæ.

Eodem modo paratur ut Rob de cornis. Eiusdem propemodum facultatis est, ut Rob de cornis. *Augustani.*

Rob nucum.

R. Succu corticum viridium juglandium Tß iv.

Mellis optimi Tß ij.

Coquantur secundum artem. * Destillationi tenuium humorum à capite, & inflammationem excitantium confert. *Mesues.*

F

Dianoron usitatum.

R. Succu Mororum Celti Tß ß.

Succu Mororum rubi,

Mellis optimi despumati ana Tß j.

Sapi ʒ iij.

Coquantur secundum artem. * Contra depauescentia oris ulcera, ad dentium effectus, & gingivarum noxas, atq; ad omnia oris vitia gargarizatus proficit. *Niclaus.*

Dianoron simplex Galeni.

R. Succu mororum domesticorum Tß ß.

Mellis Tß j.